



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXI. Confirmatio Regis de omni corpore facultatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

ipse ille hoc habeat, teneat, atque possideat, & suis posteris ad possidendum relinquat, vel quicquid ex inde facere voluerit, ex nostra commutatione liberam habeat potestatem: & unaquæque pars quod in concambio bonæ pacis placuit accepisse, exinde per tempora debeat Dœo permittente gratulari. Et ut hæc præceptio, &c.

XXXI. CONFIRMATIO RE-
gis de omni corpore facultatis.

Merito regalis clementia in illos conlata munera, vel proprietates parentum nostrorum, confirmare deliberat, quos cognoscit anterioribus Regibus, parentibus nostris, vel nobis fidem integrum conseruasse inlæsam. Idcirco inluster vir ille, chartas præcedentium Regum nobis protulit recensendas, qualiter parentibus suis loca

64 MARCVLF MONACHI
aliqua fuerunt concessa ; Petiit ut
eum de omni corpore facultatis sue
tam quod Regio munere, ipse vel
parentes sui , promeruerunt , quām
quod per venditionis, cessionis, do-
nationis , commutationisque titu-
lum ad præsens iustè, & rationabili-
ter est conquisitum , & ad præsens
possidere videtur , per nostrum in
ipso deberemus generaliter confir-
mare præceptum . Quod nos pro di-
uino intuitu , vel eius meritis com-
pellentibus, integra deuotione ma-
gnitudo vestra præstissee cognoscat . Præcipientes enim ut quicquid
ex successione parentum , vel eius
volūtate, tam munere regio, vel per
quælibet instrumenta chartarum
ad eundem iustè peruenit , tam in
villabus, mancipiis, ædificiis, acco-
labus, auro, argento, speciebus, or-
namentis, mobili aut immobili, aut
quodcumque in quibuslibet rebus,

per

FORMVLARVM LIB. I. 65
per instrumenta chartarum , tem-
pore præsenti cum rationis ordine
dominare videtur , per hanc aucto-
ritatem firmatum cum Dei & no-
stra gratia, in integritate hoc valeat
possidere , & suis posteris auctore
Domino derelinquere. Et vt hæc
auctoritas,&c.

XXXII. *SI ALIQUIS C O N-*
tra Regis voluntatem egerit, securitas
cui eum persequi iussit,

Qui Regiæ obtemperant ius-
sioni, experiri malum in po-
sterum à quolibet non debent. Igi-
tur cum & ille cum reliquis paribus
suis, qui eum secuti fuerint, facien-
tem reuello illum interfecit , aut
quaslibet alias causas cōtra Regem
commisit, vel dę regno nostro se
transtulit, quod nobis satis fuit mó-
lestum ; & vna cum consilio fide-
lium nostrorum, omnes res eius sub

E